# De cura agēda pro mortuis

Diu sanctitati tue coepiscope venerāde pauline rescriptorū debitor fui. ex q̄ mihi scripsisti ꝑ homines filie nostre religiosissime flore: querēs a me vtrū ꝓsit cuiq; post mortē ꝙ corpus ei⁹ apud sancti alicuius memoriā sepelitur. Hoc enī abs te vidua memorata petiuerat ꝓ defūcto in eis partib⁹ filio suo. et rescripseras cōsolans eā. idq; etiā nuncians de cadauere fidelis iuuenis cynegij: quod materno et pio affectu desiderauit esse cōpletum: vt scz in beatissimi felicis ꝯfessoris basilica poneret. Qua occasiōe factū ē vt ꝑ eosd̄ ꝑlatores litteraꝝ tuaꝝ etiā mihi scriberes: ingerēs huiuscemodi q̄stionez: atq; vt responderē q̄d inde mihi videret exposcens: nec tacens ip̄e q̄d sentias. Naz dicis videri tibi nō esse inanes motus animorū religiosoꝝ atq; fideliū pro suis ita curātiū. Adiūgis etiā vacare nō posse: ꝙ vniuersa ꝓ defunctis ecclesia supplicare cōsueuit: vt hinc et illud cōiici possit: homini ꝓdesse post mortē: si fide suorū humando eius corꝑi talis ꝓuideatur loc⁹ in quo appareat opitulatio etiam isto modo quesita sanctorū. Sz cuz hec ita sint: quō huic opiniōi cōtrariuz nō sit. quod dicit apl's. omnes enī astabimus ante tribunal christi. vt ferat vnusq̄sq; s'm ea que ꝑ corpus gessit siue bonū siue malū. nō te satis significas videre. Hec q̄dem apostolica sentētia añ mortem admonet fieri. qđ possit ꝓdesse post mortē: nō tunc quando recipiēdū est qđ quisq; gesserit ante mortē. Veꝝ hec ita soluitur questio: quoniā quodā vite genere acq̄ritur: duz in hoc corꝑe viuitur. vt aliq̄d adiuuēt ista defunctos. ac ꝑ h' s'm ea que ꝑ corpus gesserunt eis q̄ post corpus religiose ꝓ illis facta fuerint adiuuant. Sunt enī quos nihil oīno adiuuant ista. siue ꝓ eis fiant: quorū tam mala sūt merita: vt neq; talib⁹ digni sint adiuuari: siue ꝓ eis quoꝝ tā bona vt talib⁹ nō indigeāt adiumētis. Genere ergo vite qđ gessit q̄sq; ꝑ corpus efficit vt ꝓsint vel nō ꝓsint quecunq; ꝓ illo pie fiunt: cū reliq̄rit corpus. Nā meritū ꝑ qđ ista ꝓsint si nullū cōparatū ē in hac vita: frustra q̄rit post hanc vitā. Ita fit vt neq; inanit' ecclesia vel suorū cura ꝓ defunctis quod potuerit religiōis impēdat: et ferat vnusq̄sq; s'm ea q̄ ꝑ corpus gessit siue bonuz siue malū: reddēte dño vnicuiq; s'm oꝑa eius. Vt enī hoc qđ impēdit possit ei ꝓdesse post corp⁹. in ea vita acq̄situ ē quā gessit in corꝑe. Poterat inq̄sitiōi tue sufficere mea breuis ista r̄nsio: sz q2 alia mouent quib⁹ respōdēduz existimo. parūꝑ attēde. In machabeoꝝ libris legimus oblatū ꝓ mortuis sacrificiū. Sz et si nusq̄ in scripturis veterib⁹ oīno legeret: nō parua hac ꝯsuetudine claret auctoritas: vbi in ꝑcibus sacerdotis que dño dō ad eius altare fundunt: locū suū habz etiaz ꝯmendatio mortuorū. Sz vtrū aliq̄d ꝓsit anime mortui loc⁹ corꝑis sui: opiosius inq̄rendū est. At ꝑmū vtrū intersit aliquid ad inferendā vel augendā miseriā post hanc vitā spiritib⁹ hominū si eoruz corpora sepulta nō fuerint: nō s'm opinionē vtcunq; vulgatā: sed poti⁹ s'm religionis nostre sacras lr̄as est videnduz. Neq; enim credendū est sicut apđ maronem legit insepultos nauigādo atq; trāseundo inferno amne ꝓhiberi. quia scilicet neq; ripas dat horrēdas et rauca fluenta trāsportare priusq; sedib⁹ ossa quieuerint. Quis cor christianū inclinet his poeticis fabulosisq; figmētis. cū dñs iesus: vt inter inimicorū manus q̄ eorum corpora ī potestate haberēt securi occūberent christiani: ne capillū capitis eorū asserat periturū. exhortās ne timeāt eos qui cū corpus occiderit ampli⁹ non habent q̄d faciant. Vnde in ꝑmo libro dē ciuitate dei satis q̄ntū existimo: sū locut⁹: vt eorū dentē retunderē: qui barbaricā vastitatē: ꝑcipue quam nuꝑ roma ꝑpessa est christianis temꝑib⁹ imputādo: etiam id obiiciūt ꝙ suis illic nō subuenerit christus. Quib⁹ cū responsuz fuerit animas fideliuz ꝓ fidei sue meritis ab illo fuisse susceptas insultāt de cadaueribus in-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-299/0162
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG